

seu aliis secularibus personis minime teneamini, nec ad id compelli aliquatenus valeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum apud Urbem veterem XV Kalendas Augusti Pontificatus nostri Anno Tertio.

*N. B. — Nel rovescio della pergamena è scritto: p. Ionnes Camp. Il sigillo è asportato ma vi è ancora parte del laccio, in fili di seta rossa e gialla.*

*In una pergamena del 1500 si ripete e si conferma dal notaio Carissimus de Adiutorio, † 1540, il medesimo documento con la seguente dichiarazione:*

Ego notarius Carissimus de adiutorio de monte fusculo civis baroli universis et singulis fidem facio presentem copiam exemplasse et copiasse de verbo ad verbum, a, suo originali in carta membrana scriptam et roborato sigillo plumbeo pendenti; ad Instantiam Venerabilium priorisse et monialium venerabilis Monasterii et ecclesie Sancte lucie terre baroli. Et ad fidem ipsam meo solito signo signavi In quo sigillo plumbeo sunt sculta in una facie Ipsius effigies Capitem. beatorum petri et pauli cum Infrascriptis litteris. Videlicet: S. Pa. S. Pe. Et in alia facie dicti sigilli sunt sculte hoc dictantia videlicet: Bonifacius papa. VIII. (*Segue il tabellionato*).